



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

89. Prælati exemptorum, an teneantur ad defensionem suarum
exemptionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Dubirand' ratio est, quod Episcopus in aliena Diocesi existens beneficia sua vigore Alternativæ in Diocesi vacante conferre non possit. *Hieron. Gonzales. de alienat. Episcop. Reg. 3. glo. 43.* à pari autem procedunt esse extra Diocesim, & in loco Exempto, *70. And. cap. 2. num. 5. & 6. & ibidem Gemin. num. 24. Philp. Franc. n. 10. de consuet. n. 6.* veruntamen placuit quod conferre possit, *Hieron. Gonzales d. Reg. 8. glof. 43. num. 187.* ratio est, quia Ordinarii possunt actus voluntarios Jurisdictionis extra suam Diocesim exercere, signanter quando in ejusmodi Actibus, causæ & cognitio non vertitur, effectusque illorum dirigitur in propriam Diocesim, ubi est beneficiorum collatio, aut etiam dimissorialium concessio. *August. Barbof. in remiss. ad Conc. Trident. littera T. Stephanus Gratianus discip. forens. cap. 127. Hier. Gonzales d. Reg. 8. glof. 62. num. 11. & 12.* Neque obstat ratio dubitandi: quia id procedit per modum æquationis improprie, ac quo ad certos effectus, secus verò verè & proprie loquendo. *Fel. cap. grave num. 2. de offic. Ordinari. Roia decis. 107. num. 4. part. 1. de versorum. Gonzales. d. glof. 43. num. 191.* Confirmarique possit hæc conclusio etiam iis quæ fufius supra attulimus *quest. 5. & 6.*

QUESTIO LXXXIX.

Prælati Exemptorum an teneantur ad defensionem suarum Exemptionum.

Teneri etiam in foro conscientie respondit Navarrus *conf. 15. num. 6.* ibi: tum quod omnis Prælati tenetur coram Deo ad jura Ecclesie sue defendenda. *de prebendis.*

QUESTIO LC.

Scholares an Feudorum in causa, feudalibus Judicibus subiciantur?

Affinis quæstio est hæc præcedentibus, in qua respondeo, Exemptionis earum privilegio non obstante, Scholares feudalium Jurisdictiones declinare non posse, quod multis stabilit auctoritatibus *Henricus Rosendal. de feudis c. 12. Concl. 1. n. 16. Rebuff. de Privileg. Scholarum Privileg. 153. limit. 1. Vullenis lib. 2. cap. 2. n. 22. vers. volunt. etiam nonnulli. Schraderus de Feudis part. 10. sect. 2. n. 10. Lucas de Penna leg. in sacris. C. de proximis sacrorum seniorum lib. 12.*

QUESTIO XCI.

Acta per Judicem incompetentem ad versus Exemptum, an superveniente Jurisdictione confirmantur?

Respondeo.

Handwritten notes in the right margin, including the number 311 and other illegible characters.